

C. 16 qu. 1 c. 46; ebenso von andrer Hand fol. 157': De noxalibus actionibus: Ex maleficiis servorum . . . raptorum. Omnis autem noxalis actio . . . dedicio. Ex diverso . . . conveniri; wohl aus den Pandecten. Von Knust abgeschrieben. Desgleichen von ihm copiert fol. 158: Si quadrupes pauperiem fecerit. 'Animalium nomine . . . evasit. Pauperies autem . . . pertinet. Ceterum sciendum . . . consumi'. Folgt von neuer Hand auf fol. 158' ein Brief Paschals II. vom 1. Januar 1111:

P(aschalis) episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus A(ngario) Cathaniensi episcopo, H. abbati sanctę Euphemie et domino L. priori Heremi salutem et apostolicam benedictionem. Frater noster G. Panormitanus episcopus¹⁾ sicut vos scitis de symoniaca inpetitus est. Ceterum, quia non sufficientes in eum testes producti sunt, fratrum nostrorum iuditio constitutum est, ut ipse quinta manu sui ordinis se debeat expurgare et quidem ratio episcoporum conprovincialium testimonia exigebat, sed propter difficultatum imminentiam, quas pretendit, ei finitimos vel eos, qui eius electioni interfuerunt, habere concessum est. Porro expurgacionis tenor erit huius modi: Quia propter adipiscendo episcopatu Panormitano neque ipse per se vel per summissam personam neque alius pro eo se sciente dederit vel promiserit. Testes autem asseverabunt, quia verum se scientibus dixerit. Nos itaque causę huius seriem prudentię vestre per litteras nostras mandavimus, quoniam quidem in ea vobis vices nostras commisimus. Volumus ergo, ut vos apud Regium convenire curetis et una cum fratre nostro R. Regitano²⁾ episcopo et aliis, quos poteritis adhibere, ita causam illam prestante Domino terminetis, quatenus et omnis questionis scrupulus auferatur de cetero et utrique parti sua iusticia conservetur. Si qua vero de vobis tribus persona infirmitate prepedita non potuerit interesse, vos qui adesse poteritis, negotium adimplete. Quodsi predictus frater noster G. purgationem fecerit, vos eum per apostolicę sedis auctoritatem Panormitanę ecclesię restituite. Huius autem purgationis terminum initium proximę quadragesimę dedimus. Datum Laterani ipso die kal. Jan.

Folgt ein Protocoll, dass die 2 Beauftragten (ohne den Bischof v. Catania) mit dem Erzbischof Rangerius von Reggio in Reggio initio quadragesimę zusammengekommen seien, und da der Bischof von Catania der gefährlichen Reise wegen nicht kommen wollte, haben sie ohne ihn den Bischof von Palermo Purgation leisten lassen und ihn wieder eingesetzt. Datirt: Anno Domine incarnationis 1111³⁾, indictione quarta, non. Marcii, feria

1) 'Gualterius' steht im Gams von 1113 ab als Bischof verzeichnet, doch ist er früher anzusetzen und unser obiges Datum durch das folgende Actenstück durchaus gesichert. 2) Rangerius Bischof von Reggio 1092—1122. 3) Ursprünglich 1112, der letzte Strich ist aber ausradiert.